



**CORPORIS
JURIS CANONICI
MEDULLA,
Ejusdemque, ac Sacrorum Canonum
REPERTORIUM.**

Acta libr. et Coleyxi in auct. & curata



REPERTORIUM

JURIS CANONICI,
Ipsâ **CORPORIS JURIS** Medullâ,

Hoc est:

Personarum, Rerum, Casuum, Controver-
siarum, Litium, Causarum, Propositionibus,
Resolutionibus, Decisionibus
refertum:

OPUS POSTHUMUM
R. P. WENCESLAI STEIGER

è Societate **JESU,**

In Alma, Casarea, Regiâque, ac Episcopali Universitate
Olomucensi, quondam SACRORUM CANONUM
Professoris Publici & Ordinarii.

Pro communi Bono;

ac cumprimis

VIRORUM ECCLESIASTICIS MUNERIBUS

distentorum,

Singulari Commodo,

in lucem datum.


Cam Privil. Sacr. Casar. Majest.



Sumptibus **GEORGII LEHMANNI**, Bibliopole


Norimberg. Brunens. & Vienenf.

ANNO DOMINI MDCCXIII.



Aa. Abb.

Aaron.



X sola tribu Levi, & ex solo femine Aaron ad Sacerdotium in Veteri Testamento, accipiebantur. c. tenere. Dist. 31.

- Aaron Summum Pontificem representat, & Filii ejus minores Sacerdotes, in princ. dist. 21.
- Aaronis exemplum proponitur Episcopis & Clericis, ad se invicem honorandam, c. Ita sub-jectus. Dist. 95.
- Aaronis virga devorat virgas Magorum. c. nec mirum. ante med. 26. q. 5.
- Aaronem habuisse Charitatem, probatur C. ut 39. Dist. 2. q. 4. Penitentia. §. an charitatem.

Abbas.

Quis Abbas ordinari, vel eligi possit, vel non.

- Abbas eligi debet, qui sit dignus moribus & actibus monasticæ disciplinæ. c. Abbatem. 3. 18. q. 2.
- In Abbatem postulari potest non Professus. c. cum. 19. de Elect.
- In minoribus constitutus, potest instante neces-sitatis periculo, in Abbatem eligi. c. tuam. de extat. & qualit. & c. Præfic.
- Canonicus regularis, factus monachus, justa de causa rediens ad Canoniam, potest eligi in Abbatem. c. intelleximus. eod.
- Abbatem esse non possunt monasteriorum, qui Ecclesiis quoquo modo militent. c. Presby-teros. 38. 16. q. 1.
- Nullus fiat monachus, spem aut promissionem habens, ut fiat Abbas c. per Laicos 20. 16. qu. 7.
- Abbas sine voluntate Fratrum, alium sibi de propinquis substituere non valet. c. ult. ead.
- Abbas, priore mortuo, non extraneus, sed de eadem Congr. sive monasterio, eligendus, nisi idoneam personam non habeant. c. quæm. §. defuncto. c. Abbas 3. 18. q. 2.
- In Abbatem eligi non potest non Monachus. c. cum. 37. de Elect. Et nisi instructus regulæ Monachali. c. officii 38. eod. Et nisi expressè sit professus. c. nullus 28. eod. in 6.

A quibus Abbas eligi, vel confirmari debeat.

Solus Conventus elegit Abbatem, non alii. c. ult. 16. q. 7. c. Abbas. 2. cum seqq. 2. 18. q. 2. nisi Monachi sint indomitæ cervicis, & citra-natæ superbix, vel nisi religiosis fœminis Ab-bas sit præficiendus; tunc enim eligit Episco-pus. c. Abbas. 3. §. Ecce. & c. qui Religiosis. ead.

Abbatem per Episcopos institui debent. c. hoc tantum. ead. Et à Monachis ordinari d. c. Abbas. 3. eod.

De Potestate, Authoritate, & Officio Abbatum.

- Abbas ab Episcopo benedictus aliquos potest tonsurare. c. quoniam. dist. 69. c. cum contin-gat. de setate & qualit. Ord. præf.
- Abbas non potest dare alicui licentiam retrò ab-eundi post professionem. 17. q. 3. in princ.
- Abbati non licet alienare possessiones, & res Ec-clesiæ traditas. 17. qu. 4. in princ.
- Quidquid Abbas vendiderit sine licentia Episco-pi, in irrium cadit. c. in venditionibus. 40. ead. item quidquid obligaverit. c. Abbatibus. 12. q. 2.
- Abbas non potest mancipia Monachis donata manumittere. c. c. in venditionibus. §. man-cipia.
- Abbas ex humilitate & cum consensu Episcopi potest renuntiare officio Abatis. c. Abbas. 18. q. 2.
- Nisi Abbas & Conventus consenserint, mona-chus non potest mutuum accipere, nec fide-jubere. c. pen. de fidejussor.
- Abbate invito, non debent Monachi aliqd. tolli, vel ad Clericatus Officium assumi. c. quàm sit. 18. q. 2.
- Abbas non debet subiacere Monachorum pote-stanti, quia aliàs nulla ei remaneret autori-tas. c. nullam. 9. ead.
- Abbas solus habet potestatem in monasterio, ibid.
- Monachi Abbati omni obedientia & devotione subiaceant c. Abbatem. 16. ead.
- Abbas non suscipiat Monachum alienum. ibid.
- Abbas potest excommunicare suos Monachos, c. cum in Ecclesiis. 10. de Maj. & Obed.
- Abbas non est cogendus ad Synodum ire, nisi rationabilis causa existat. c. ult. §. Canonica. 18. q. 2.
- Abbas potest esse testis. c. veritatis. 8. §. tandem. de dol. & contumacia.
- Abbati non licet plures cellulas, aut plura mo-nasteria habere. c. Monachum. 20. q. 4.
- Duobus Monasteriis aut Abbatibus præesse non potest. c. ult. de relig. dom. arg. c. 1. & seq. c. unum. 21. q. 1. potest tamen speciall. jure. c. c. unum. §. potest.
- In causa monasterii convenitur Abbas per rescri-ptum, in quo nulla est habita mentio Con-ventus, nec ulla appellatione tueri se potest, quò minus respondere teneatur, nisi fortè Abbatibus & Conventus negotia essent omnino discreta, c. educeri. 21. de rescript.